Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

deo per quem adiuramur: nec tuis: quorum voce torquentur: mentiri
possunt: Imo maxime sepe ululatibus editis verberari se & urdere & uimq;
exire proclamant: Tantum habet dei numen ac iustitia potestis: Cui ergo
nocere possunt nisi his: quos habent in sua potestate: Denique affirmat
Hermes eos: qui ignouerunt deum: non tantum ab incursionibus demo
num tutos esse: verum & nefasto quidem teneri:

Quid autem pietas ostendit:

ostendit autem alio loco his versibus:
Asclepius quoque auditor eius eandem sententiam latius explicauit in illo ser
mone pfecto: quem scripsit ad regem: uterque vero dimones esse affirmat
inimicos & vexatores hominum: quos ideo tinsinegsius angelos malio
nos ἀστεροὺς πονηροὺς appellat adeo non ignorant ex celestibus depri
uatos terrenos esse cepisse:

Horum inuenta sunt astrologia & haruspicina & augurium
& ipsa: que dicuntur oracula & nec pomantia & ars magica
& quecunque preterea malorum exercent homines vel palam
vel occulte: que omnia p se falsa sunt: ut Sibilla erithrea testatur:

Sed idem ipsi auctores presentia sua faciunt: ut vera esse credantur: Imbe
minum credulitatem mentiri diuinitate deludunt: quod illis verum
aperire non expedit: Hi sunt qui fingere imagines & simulacra doce
runt: qui ut hominum mentes a cultu veri dei auerterent: & fictos
mortuorum regum uultus & ornatos exquisita pulcritudine statuis con
secrarique fecerunt: & illorum sibi nomina qui personas aliquas induerent:
Sed eos magi: & hi quos vere maleficos uulgus appellat: cum artes su
as execrabiles exercent: veris suis nominibus utentur illis celestibus: que in sis
sanctis legunturur: Hi porro mesti & vagi spiritus: ut turbent omnia: & er
rores humanis pectoribus offundunt: seruiunt & miscent falsa cum veris:
Ipsi autem celestes multos esse finxerunt: Vnumque omnem regem iouem: cogimur
ti sunt in celo spiritus angelorum: & unus dominus ac parens deus: Sed ve
ritatem mentitis nominibus inuolutam ex oculis abstulerunt: Nam deus
ut in principio docui: neque nomine: cum solus sit: egeat: neque angeli: cum
sint immortales: dici deos aut patiuntur aut volunt: quorum unum solumque est
officium seruire nutibus dei: nec omnino quicquam nisi iussu facere: Sic autem mu
dum regat deo dicimus: ut a rectore prouinciam. Cuius apparitores nemo